UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

in denen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, geschehen ist, In einer ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover ; Tübingen, 1736

N.I. Formalia solcher Gegen-Proposition.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51459

Visual Library

1649. Majus. NB. Im Fall in dieſer Specification ein oder ander Ort aus Mangel habenden Berichts ausgelaſſen wäre worden, ſoll derſelbe doch nach Innhalt des Frieden-Schluſſes, gleich den andern, in jedem Crayß unter obgeſchriebenen Termin evacuiret und abgetreten werden: imgleichen werden unter obgemeldter Reſtitution, vermöge Frieden-Schluſſes, auch verſtanden und ſollen reſtituiret werden, alle Archiven, Brieffliche Urkunden, Geſchütz, und andere Immobilia, auch inſonderheit, was nach allbereit geſchloſſenen und acceptirten Frieden-Schluß, aus Ihrer Kayſerlichen Majeſtät Königlichen Kunſt-Cammer, Reichs-Hoff-Cantzley-Regiſtratur, Böhmiſcher Land-Tafel und andern Archiven zu Prag hinweggeführet, und an andere Orte transferiret worden.

§. XII.

Kayſerliche Antwort auf der Frantzoſen Propoſition.

Der Inhalt der Kayſerlichen Antwort, auf die von den Frantzoſen ausgeſtellte Propoſition, war alſo abgefaſſet:

N. I.

Reſponſio Plenipotentiariorum CÆSAREANORUM ad Propoſitionem Dominorum Plenipotentiariorum REGIS CHRISTIANISSIMI.

1) Cum præſens Tractatus fundetur in *ART. II. §. 2.* Pacis Monaſterienſis, ubi ſancitur, quod convenire debeant inter ſe utriusque Partis Plenipotentiarii intra tempus concluſæ & ratificandæ Pacis, de *modo, tempore & ſecuritate reſtitutionis Locorum, & Exauctorationis Militiæ*, ita ut utraque Pars ſecura eſſe poſſit, omnia, quæ conventa fuerint, ſincere adimpletum iri; Ideò, quæ de reſtitutione ex capite Amniſtiæ & Gravaminum in eadem Pace alias diſpoſita, a Dominis Plenipotentiariis Regiis hic præmittuntur, ac vel jam nunc executioni demandata ſunt, vel quotidie demandantur, vel tanquam dubia ad Conventus Imperii in prædicta Pace remiſſa, aut in eadem nullo modo fundata ſunt, de iis ulterius hic agendi tractandivè locus non eſt. Veruntamen illis, qui nondum reſtituti ſunt, fas erit, querelas ſuas debito loco & ordine proponere, ſuamque reſtitutionem ex præſcripto Pacis ac juxta conventum arctiorem exequendi modum, quantocyus promovere, quibus Imperator officium ſuum Cæſareum ſine mora impertietur.

2) Fiat autem *EXAUCTORATIO MILITIÆ* & *RESTITUTIO LOCORUM* tribus temporum intervallis, ſitque *PRIMUS TERMINUS dies prima, menſis Junii* proximè inſtantis: *SECUNDUS, decima quinta: TERTIUS, ultima* dies ejusdem menſis *Junii.*

3) *Exauctoratio militiæ* eo *modo* fiat, qui in Reſponſione Cæſareanorum Dominis Legatis Suecicis exhibita continetur, nec tamen ea, quæ ad Satisfactionem Militiæ Sueciæ pertinent, ullum, reſpectu Regis Chriſtianiſſimi, ſortiantur effectum.

4) Omnia utriusque Partis militaria Præſidia ſive Imperatoris ejusque Sociorum & Fœderatorum, ſive Regis Chriſtianiſſimi, ſervatis ſupradictis tribus temporum intervallis, pari paſſu reducantur eo modo & ordine, qui in deſignatione adjuncta continetur.